

Innocentii Papae IV. Prædecessoris nostri editam, super non recipiendis in pecunia procuracionibus, ac super receptione munerum visitantibus, eorumque familiaribus interdicta, quam multorum fertur temeritate præterire, volentes inviolabiliter observari...

In veteri Exemplari desit, sentiant.

Vide Conc. Trid. sess. 24. de Refor. c. 7. §. Si tamen in optine eorum.

III. BONIFACIUS VIII. [c. an. 1298. Roma.] Visitator recipere potest procuracionem in pecunia volentibus visitatis. Sed una die ultra unam procuracionem non recipiet, licet plura visitaverit loca.

Felicis recordationis Gregorius Papa X. Prædecessor noster prohibuit in Concilio Lugdunensi, ne aliqui ob procuracionem sibi ratione visitacionis debitam exigere pecuniam præsumerent, vel etiam recipere a volente...

IV. IDEM. [c. an. 1298. Roma.]

Si universitas vel singularis persona Ecclesiam, vel Ecclesiasticas personas compulerit solvere pedagiam, vel guidagiam, vel exactiones pro rebus suis, quas causa negotiorum non deserunt, vel pro personis...

Quamquam pedagiorum exactiones tam jure Canonico, quam civili regulariter merito sint damnatae: tanto tamen districtius ne ab Ecclesiis & personis Ecclesiasticis talia exigantur, prohiberi oportet, quanto si id fiat, major inde transgressionis reatus incurritur...

Vide Conc. Lateran. sub Alexand. III. c. 22. & Conc. Trid. sess. 25. de Refor. c. 20. Ergo eas faciens probabit hoc fieri licere. infra c. 2. de imm. Eccl. l. 1. c. de Vit. Reg. not. Dom. & Phil. Vide l. si prohibentur. §. Rebus, ff. de Pub. Font.

V. IDEM. [c. an. 1298. Roma.]

Archiepiscopus visitare potest Provinciam, ac etiam iterare, licet Suffraganei non sint negligentes: & tunc confessiones omnium audire, absolvere, & penitentias imponere. Hoc dicit Dominicus.

Vide Conc. Trid. sess. 24. de Refor. c. 7. §. A Metropo-

Pæpetuo declaramus edito, Archiepiscopum posse, secundum tenorem Constitutionis felicitis recordationis Innocentii Papae IV. prædecessoris nostri super hoc edita, suam Provinciam visitare liberè, licet non sint ejus Suffraganei...

Provinciam visitare liberè, licet non sint ejus Suffraganei negligentibus, & iterare visitationem eandem, ac procuraciones a locis recipere visitatis.

DE CONSECRATIONE ECCLESIE, VEL ALTARIS.

TITULUS XXI.

I. BONIFACIUS VIII. [c. an. 1298. Roma.]

Polluta Ecclesia pollutum est Cæmeterium illi contiguum, sed non remotum. Pollutio Cæmeterii Ecclesiam non polluit, licet contigua existat.

Ecclesiam pollui sanguinis effusione contingat, ipsius Cæmeterium, si contiguum sit eidem, censetur esse pollutum: unde antequam reconciliatum fuerit, non debet in eo aliquis sepeliri; secus si remotum fuerit ab eadem.

DE RELIQUIIS ET VENERATIONE SANCTORUM.

TITULUS XXII.

I. BONIFACIUS VIII. [c. an. 1298. Roma.]

Festa duodecim Apostolorum, quatuor Evangelistarum, & quatuor Doctorum & Confessorum Ecclesie, scilicet Gregorii, Augustini, Ambrosii, & Hieronymi, sub officio duplici debent solemniter celebrari.

Gloriosus Deus in Sanctis suis, & in Majestate mirabilis, cujus ineffabilis altitudo prudentia nullis inclusit limitibus, nullis terminis comprehensa, recte censuram iudicii caelestis pariter & terrena disponit, etc.

Quantum iudiciorum exactiones tam jure Canonico, quam civili regulariter merito sint damnatae: tanto tamen districtius ne ab Ecclesiis & personis Ecclesiasticis talia exigantur, prohiberi oportet, quanto si id fiat, major inde transgressionis reatus incurritur.

Aliis, revocandos.

attollendus; ut ab ea tanto propensius honorari sese sentiant, quanto ipsam præ ceteris illustrarunt. Nos itaque piis ducti consiliis, dignique studiis excitati, nonnullos Prædecessores nostros Romanorum Pontificum (qui specialis devotionis prosequentes affectum, aliquorum festa Sanctorum sub duplici ordinaverunt officio celebranda) imitari solliciti intendentes, eorumdem Apostolorum, Evangelistarum & Confessorum festivitatem præcipuas (de Fratrum nostrorum consilio & assensu) sub officio duplici per universis orbis Ecclesias volumus, statimus, & præcipimus annis singulis perpetuis futuris temporibus solemniter celebrari.

DE IMMUNITATE ECCLESIAUM, COEMETERIORUM, ET ALIORUM LOCORUM RELIGIOSORUM.

TITULUS XXIII.

I. ALEXANDER IV. [c. an. 1260. Roma.]

Seculares Potestates ab Ecclesiis, vel Ecclesiasticis personis tallias vel exactiones pro rebus vel possessionibus acquisitis vel acquirendis exigere non præsumant: nec eos compellere ad ipsas distrabendas, sed extra manum suam ponendum. Hoc dicit Joan. And.

Potestas gerentes officium secularis, libertatem & immunitatem Ecclesiasticam lædere ac minuire tanquam honoris & privilegii Ecclesiarum invidi moluntur: expedit, quod per diligentiam & auctoritatem Sedis Apostolicæ (que curam habet Ecclesiarum omnium & tutelam) contra talliam ausus & conamina opportuno remedio opponatur, ut Ecclesie ipsæ in plenitudine juris sui, & libertatis integritate latentur, ac detestabilis malignorum audacia & insolentium nefaria temeritas propulsetur.

Vide Conc. Lateran. sub Alex. III. c. 15. & Conc. Lateran. sub Leone X. sess. 9. tit. de Refor. curie. §. Etiam à jure. et locentur.

Quia nonnulli habentes temporalem dominium, vel Potestatem gerentes officium secularis, libertatem & immunitatem Ecclesiasticam lædere ac minuire tanquam honoris & privilegii Ecclesiarum invidi moluntur: expedit, quod per diligentiam & auctoritatem Sedis Apostolicæ (que curam habet Ecclesiarum omnium & tutelam) contra talliam ausus & conamina opportuno remedio opponatur, ut Ecclesie ipsæ in plenitudine juris sui, & libertatis integritate latentur, ac detestabilis malignorum audacia & insolentium nefaria temeritas propulsetur.

Vide Alexand. Conf. 96. incip. super dicto die. Dec. Const. 496. incip. In causa Domini. & Inf. Conf. 92. incip. dicta prædicta. 494. §. secularum. legitur constanter in constitutionibus ad dicitur.

II. GREGORIUS X. in Generali Concilio Lugdunensi. [c. an. 1273. in Gallia.]

In Ecclesiis dato humiliter ingressu debet orationibus instigi, exclusis clamoribus & seditionibus, conciliis universitatis Laicorum, & eorum publicis parlamentis, canis colloquiis, negotiationibus & mandatis, ac iudiciis secularibus, & maxime criminalibus. Hoc dicit usque ad §. Ordinarii. Dominicus.

Psal. 92. Psal. 75.

Et ecce domum Domini sanctitudo, decet ut cuius in pace factus est locus, ejus cultus sit cum debita veneratione pacificus. Sit itaque ad Ecclesias humilis & devotus ingressus; sit in eis quiesca conversatio, Deo grata, insipientibus placida, que considerantes non solum instruat, sed & reficiat.

Convenientes ibidem nomen illud, quod est super omne nomen (à quo aliud sub celo non est datum hominibus, in quo salvos fieri credentes oportet, nomen videlicet Jesu Christi, qui salvum faciet populum suum à peccatis eorum) exhibitione reverentie specialis attollant; & quod generaliter scribitur, ut in nomine Jesu omne genu flectatur, singuli singulariter in seipsis implentes (præcipuum aguntur Missarum sacra mysteria) gloriosum illud nomen quocumque recolitur, flectant genua cordis sui, quod vel capitis inclinatione testentur; attendantur in locis eisdem intenis præcordiis sacra folemnia, devotis orationibus insistant, nullus in locis eisdem, in quibus cum pace ac quiete vota convenit celebrari, feditioem excitet, clamorationem moveat, impetum committat.

Cessent in locis illis universitatum & societatum quarumlibet concilia, conciones & publica parlamenta. Cessent vana & multo fortius fæda & profana colloquia. Cessent confabulationes qualibet. Sint postremo quæcumque alia Divinum possunt

al. consilia.

turbare officium, aut oculos Divine Majestatis offendere, ab ipsis prorsus extranea: ne ubi peccatorum est venia postulanda, ibi peccandi detur occasio, aut deprehendantur peccata committi. Cessent in Ecclesiis, earumque Cæmeteriis negotiationes, & præcipue mundanarum ac fori cuiuscumque tumultus, omnis in eis secularium iudiciorum strepitus conquiescat, nulla inibi causa per Laicos, criminalis maxime, agatur, sint loca eadem à Laicorum cognitionibus aliena.

Locorum Ordinarii exequi debent hic contenta, & Sententia in Ecclesiis habita sunt nulla: & contra facientes puniri debent. Hoc dicit Dominicus.

Ordinarii locorum hoc faciunt observari: suadenda suadent, interdicta huius Canonis auctoritate compescant, ad hoc alios etiam in Ecclesiis ipsis magis adfudos, & in præmissa idoneos deputando. Et nihilominus processus iudicum secularium, ac specialiter prolate sententia in eisdem locis, omni careant roboris firmitatis. Qui verò præmissas inhibitiones animo perulanti contempserint, præter processum Ordinarium & deputatorum ab ipsis, Divine ultionis & nostre poterunt acrimonia formidare, donec suum confessi reaturo, à similibus firmato proposito deliberaverint abstinere.

III. BONIFACIUS VIII. [c. an. 1298. Roma.]

Non excessus Laicorum, qui Clericis collectas, tallias & onera imponebant; & excessus Clericorum, qui tallibus consentiebant.

Laicos infestis oppidò tradidit antiquitas, quod & præsentium experimenta temporum manifestè declarant, dum suis finibus non contenti nituntur in vetum, ad illicita frenas relaxant, nec prudenter attendunt, quam sit eis in Clericis Ecclesiasticisve personas, & bona, interdicta potestas: Ecclesiarum Prælati, Ecclesiis, Ecclesiasticisve personis Regularibus & Secularibus imponunt onera gravia, ipsosque talliant, & eis collectas imponunt, ab ipsis suorum proventuum vel bonorum dimidiam, decimam, seu vicem, vel quamvis aliam portionem aut quotam exigunt & extorquent, eosque moluntur multifarie subire servituti, suaque submittere ditioni; & (quod dolenter referimus) nonnulli Ecclesiarum Prælati, Ecclesiasticisque personis trepidantes ubi trepidandum non est, trantritoriam pacem quaerentes, plus timentes Majestatem temporalem offendere, quam æternam, tallium abusus non tam temerarie, quam improvide acquiescent, Sedis Apostolicæ auctoritate seu licentia non obtenta.

Præcipit personas Ecclesiasticas pro rebus suis, vel Ecclesiarum, nisi Laici solvere debere absque licentia Apostolica Sedis, sub quocumque colore mutui, subventionis, domi, vel alio quolibet: ut etiam ipsi Laici tallias non exigant vel recipiant, nec occupent quocumque modo deposita Ecclesiarum, vel personarum Ecclesiasticarum: singulares contra facientes excommunicant, interdictas interdicit: que penam locum habeant in promotionibus factis etiam ante hanc Constitutionem, si postmodum solvantur vel recipiantur: & ab his sententiis solus Papa absolvit, præterquam in mortis articulo. H. d.

Nos igitur talibus iniquis actibus obviare volentes, de Fratrum nostrorum consilio, Apostolica auctoritate statui-mus, quod quicumque Prælati, Ecclesiasticisque persone, Religiosæ vel Seculares, quorumcumque Ordinum, conditionis seu status, collectas vel tallias, decimam, vicem, seu centesimam suorum & Ecclesiarum proventuum vel bonorum Laici solverint vel promiserint, vel se solutores confenserint, aut quamvis aliam quantitatē, portionem aut quotam ipsorum proventuum vel bonorum, auctoritatis vel valoris ipsorum sub adjutorio, mutui, subventionis vel subsidii vel doni nomine, seu quovis alio titulo, modo, vel quavis colore, absque auctoritate Sedis ejusdem: necnon Imperatores, Reges, seu Principes, Duces, Comites, nec Baronēs, Potestates, Capitanei, vel Rectores, quocumque nomine censeantur, civitatum, castrorum, seu quorumcumque locorum constitutorum ubilibet: & quivis alii, quocumque locum præminentia, conditionis & status, qui talia imposuerint, exegerint vel receperint, aut apud sedes facras deposita Ecclesiarum, vel Ecclesiasticarum personarum ubilibet arretraverint, falsaverint, seu occupare præsumperint, vel arrestari, falsari aut occupari mandaverint; aut occupata, falsata seu arretrata receperint; non omnes qui scienter dederint in prædictis auxilium, nec non solum, vel favore publicè vel occulte, eo ipso sententiam excommunicationis incurrant. Universitates quoque, quæ in his culpabiles fuerint, Ecclesiasticis suppominus interdicto: Prælati & personis Ecclesiasticis prædictis, in virtute obedientie, & sub depositionis pena, districtè mandantes, ut talibus absque expressa licentia dictæ Sedis nullatenus acquiescant: quodque prætextu cujuscumque obligatio-

Nos igitur talibus iniquis actibus obviare volentes, de Fratrum nostrorum consilio, Apostolica auctoritate statui-mus, quod quicumque Prælati, Ecclesiasticisque persone, Religiosæ vel Seculares, quorumcumque Ordinum, conditionis seu status, collectas vel tallias, decimam, vicem, seu centesimam suorum & Ecclesiarum proventuum vel bonorum Laici solverint vel promiserint, vel se solutores confenserint, aut quamvis aliam quantitatē, portionem aut quotam ipsorum proventuum vel bonorum, auctoritatis vel valoris ipsorum sub adjutorio, mutui, subventionis vel subsidii vel doni nomine, seu quovis alio titulo, modo, vel quavis colore, absque auctoritate Sedis ejusdem: necnon Imperatores, Reges, seu Principes, Duces, Comites, nec Baronēs, Potestates, Capitanei, vel Rectores, quocumque nomine censeantur, civitatum, castrorum, seu quorumcumque locorum constitutorum ubilibet: & quivis alii, quocumque locum præminentia, conditionis & status, qui talia imposuerint, exegerint vel receperint, aut apud sedes facras deposita Ecclesiarum, vel Ecclesiasticarum personarum ubilibet arretraverint, falsaverint, seu occupare præsumperint, vel arrestari, falsari aut occupari mandaverint; aut occupata, falsata seu arretrata receperint; non omnes qui scienter dederint in prædictis auxilium, nec non solum, vel favore publicè vel occulte, eo ipso sententiam excommunicationis incurrant.

Universitates quoque, quæ in his culpabiles fuerint, Ecclesiasticis suppominus interdicto: Prælati & personis Ecclesiasticis prædictis, in virtute obedientie, & sub depositionis pena, districtè mandantes, ut talibus absque expressa licentia dictæ Sedis nullatenus acquiescant: quodque prætextu cujuscumque obligatio-

al. sitata.

al. sitata.